



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 60. Summi Pontificis liberalitas erga Principes Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

§. LX.

Summi Pontificis liberalitas erga Principes Catholicos.

Priet. Annual. cont. pag. 977.

Advenerat Romam ineunte Mense Februario Comes Ludovicus Marilius, qui Leopoldi Cæsaris nomine ad ferendas belli Turcici expensas a summo Pontifice pecuniarum suppetias efflagitabat; cum autem Innocentius Papa a pristino suo fervore, quo rem Christianam adversus Turcas juvare semper intentus erat, nihil unquam remitteret, hinc liberali manu præfato Comiti pro Imperatore septem millia, quingentos aureos Viennæ exsolvi jussit, & triginta millia proxime numeranda pollicitus est: insuper cum Veneti adhuc dum Turcico bello impliciti essent, ac victricibus armis die trigesima prima Augusti Kninum in Dalmatia Barbaris eripuissent, in ulterioris expeditionis usum decem aureorum millia ab utriusque Cleri Viris, necnon Hispaniarum Regi in Regno Siciliæ decimas Ecclesiasticas bello Africano contra Mauros impendendas, exigendi copiam fecit. Præterea Poloniæ Regi decies mille Imperiales nummos transmisit, mutata tamen postea vcluntate Italiæ decimas, quas Polono destinaverat, in Cæsarem tran-

transtulit. Quoniam vero Venetorum Sæc. XVII.
 & tota Æmilix Regio horribili prorsus A. C. 1688.
 terræ motu concuteretur, ac præcipue
 plura Romandiolæ oppida, Bagnacaval-
 lum, Lugum, Ruffium, & Cottineola,
 necnon in Neapolitano Regno pluri-
 ma Palatia, Tempa & domus ruina
 pene integra oppressæ fuissent, Ponti-
 fex decennem immunitatem ab oneri-
 bus incolis concessit, ac pecunias in-
 ter pauperes largiter distribuit.

§. LXI.

Virginii Ursini Cardinalis obitus.

Currentem annum inter vitæ suæ po-
 stremos numerabat Virginius Ur- Ughell. Ital.
 finus Bracciani Ducis Filius, qui a pue- Sacr.
 ritia Clericalem vestem indutus, ac Siri in Merc.
 Romæ scientiis sublimioribus eruditus, Tet. lædes
 in utraque Juris facultate lauream ac- Barb.
 cepit: postea inter Melitenses Equites
 assumptus, non raro egregia fortitudi-
 nis specimina adversus Turcas edidit,
 ac propterea ab Urbano VIII. absens
 inter Cardinales Diaconos cooptatus
 est: demum Polonici & Lusitani Re-
 gum negotia Romæ procuravit, pluri-
 busque Sacris cætibus non sine magna
 prudentiæ integritatisque laude inter-
 fuit; unde propter vitam, quam du-
 xerat, virtutibus meritisque plenam
 Pp 3 passim